



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 120. Sessio VIII. Ferrariensis Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1438.

concessam esse demonstrabant. His utraque allatis Sessioni finem imponebant.

§. CXX.

Sessio VIII. Ferrariensis Synodi.

Græci ea, quæ Andreas Rhodius nomine Latinorum proposuerat, habita inter se consultatione discussit, & Bessarionem Nicænum nominarunt, qui horum argumentis satisfaceret, quod etiam præstitit in Sessione octava die Sabbati prima Novembris celebrata.

§. CXXI.

Sermo Bessarionis contra additionem vocis: Filioque.

Conc. gener. to. 13. p. 130. Et seq. Præprimis Bessarion probatum reddere conabatur, lege cautum esse, ne ulli symbolo fieret additio; quocirca, inquit, quid vobis erit usui, quod probaveritis vocem illam, ex Filio, explicationem esse non? nam ut a nobis rejiciatur, satis superque est, nosse, quod a vobis quicquam additum fuerit, haud ecquidem fidei explicare interdictum est, ejusmodi tamen explicationes symbolo intrudere, omnino prohibitum: imo demus etiam vobis, quod talis additio permessa fuerit usque ad tempus, quo secunda Synodus celebrabatur: ast cum tertium Concilium